pauper ſanus et fortis uiribus quam diues
inbecillis et flagellatus malitia. Salus
hominis in ſanctitate iuſticie. et melior omni
auro et argento. et corpus ualidum quam
cenſus inmenſus. Non eſt cenſus ſuper
cenſum ſalutis corporis. et non eſt oblecta
tio ſuper cordis gaudium. Melior eſt mors
quam uita amara. et requies eterna
quam languor perſeuerans. Bona abſcondi
ta in ore clauſo. quaſi appoſitiones epula
rum. circumpoſite ſepulcro. Quid proderit
libatio idolo? nec enim manducat. nec
odoratur. Sic qui effugatur a domino.
et portat mercedes iniquitatis. Videns
oculis et ingemiſcens. ſicut ſpado complec
tens uirginem et ſuſpirans. Triſticiam
non des anime tue. et non affligas te
metipſum in conſilio tuo. Iocunditas
cordis hec eſt uita hominis. et theſ
aurus ſine defectione ſanctitatis. et exul
tatio uiri eſt longeuitas. Miſerere ani
me tue placens deo et contine et con
grega cor tuum in ſanctitate eius. et triſti
tiam longe expelle a te. Multos enim
occidit triſticia. et non eſt utilitas in illa.
Zelus et iracundia minuent dies. et ante
tempus ſenectam adducet cogitatus.
Splendidum cor bonum in epulis.
epule enim illius diligenter fiunt.

vigilia honeſta tabefac carnes Lxxix
Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes xxxi
et cogitatus illius auferet ſomnum.
Cogitatus preſcientie auertit ſenſum.
et infirmitas grauis ſobriam facit
animam. Laborauit diues in congre
gatione ſubſtantie. et in requie ſua
replebitur bonis ſuis. Laborauit pauper
in diminutione uictus. et in fine in
ops fit. Qui aurum diligit non iuſti
ficabitur. et qui inſequitur conſump
tionem. ex ea replebitur. Multi da
ti ſunt in auri caſus. et facta eſt in ſpecie
illius perditio ipſorum. Lignum offenſionis
eſt aurum ſacrificantium. Ve illis qui
ſectantur illud. et omnis inprudens
deperiet in illo. Beatus diues qui inuen de opulentia .Lxxx.
tus eſt ſine macula. et qui poſt aurum
non abiit. nec ſperauit in pecunia et theſ
auris. Quis eſt hic et laudabimus eum.
Fecit enim mirabilia in uita ſua. Qui proba
tus eſt in illo et perfectus inuentus eſt. et erit
illi in gloriam eternam. Qui potuit tranſ
gredi et non eſt tranſgreſſus. et facere
mala et non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bo
na illius in domino. et elemoſinas illius
enarrabit omnis eccleſia ſanctorum.

Supra menſam magnam ſediſti. non
aperias ſuper illam faucem tuam
prior. Non dicas ſi multa ſunt. que ſuper
illam ſunt. Memento quoniam malus oculus
nequam. Nequius oculo quid creatum eſt.
Ideo ab omni facie ſua. lacrimabitur cum
uiderit. Ne extendas manum tuam prior.
et inuidia contaminatus erubeſcas. nec
comprimaris in conuiuio. Intellige proxi
mum tuum ex te ipſo. Utere quaſi ho
mo frugi his que tibi apponuntur. et non
cum manducas multum odio habearis.
Ceſſa prior cauſa diſcipline. et noli nimius
eſſe. ne forte offendas. Et ſi in medio
multorum ſediſti. prior illis non extendas
manum tuam. nec prior poſcas bibere.
Quam ſufficiens eſt homini erudito uinum
exiguum. et in dormiendo non labo
rabis ab illo. et non ſenties dolorem.
Vigilia et colera. et tortura uiro infru
nito. Somnus ſanitatis in homine
parco. Dormiet uſque in mane. et anima
illius cum ipſo delectabitur. Et ſi coactus
fueris in edendo multum. ſurge e me
dio et uome. et refrigerabit te. et non

xvi. de ei[illegible]

[illegible] vita ho[illegible]

beat[us] diues q[ui] inuen[tus]

[illegible]

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/7, VIIIB20/8, VIIIB20/9, VIIIB20/10, VIIIB20/11, VIIIB20/12, VIIIB20/13, VIIIB20/14, VIIIB20/15, VIIIB20/92, VIIIB20/94, VIIIB20/97, VIIIB20/98, VIIIB20/104, VIIIB20/115, VIIIB20/116, VIIIB20/117, VIIIB20/164, VIIIB20/183, VIIIB20/13, fol. [1]v – Bible (https://fragmentarium.ms/view/page/F-bcyo/9157/69497)